VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Rex demetrius symoni summo sacer
doti et amico regum. et senioribus
et genti iudeorum salutem. Coronam
auream. et lem quam misistis sus
cepimus. et parati sumus facere vobis
pacem magnam. et scribere prepositis
regis remittere vobis quod indulsimus. Quic
quid enim constituimus vobis stant. quic
quid munitiones quas edificastis sint vobis.
Remittimus quicquid ignorantias et pec
cata usque in hodiernum diem. et
coronam quam debebatis. et si quid erat
aliud tributarium ierusalem. iam non sit
tributarium. Et si quis ex vobis aptus sit scri
bi. inter nos scribantur. et sit inter nos
pax. Anno centesimo septuagesimo
ablatum est iugum gentium abisrael.
et cepit populus israel scribere in tabulis
et gestis publicis. anno primo sub sy
mone summo sacerdote magno du
ce et principe iudeorum. Iun.
In illis diebus symon applicuit ad
gazam. et circumdedit eam castris.
et fecit machinas. et applicuit ad ci
uitatem. et percussit turrim unam
et suspendit eam. et qui erupte erant
intra machinas et ciuitate. Et facta
est motus magnus in ciuitate. Et ascen
derunt qui erant in ciuitate. cum uxo
ribus et filiis. super murum sussis tu
nicis suis. et clamauerunt uoce ma
gna postulantes a symone dexteras
sibi dari. et dixerunt. Non nos reddas
secundum malicias nostras. sed secundum misericordias
tuas. Et flexus symon non debellauit
eos. et iniit cum eos de ciuitate. et emu
dauit eos in quibus fuerant similacra. Et
tunc intrauit in eam cum hymnis bene
dicens dominum. Et eiecta ab ea omni
immunditia. collocauit in ea uiros
qui legem facerent. et muniuit eam. et
fecit sibi habitationem. Quia autem erat in
arce iericho prohibebant egredi et ingre
di in regionem. et emere ac uendere. et
esurierant ualde. et multi ex eis perierunt
fame. Et clamauerunt ad symonem
ut dexteras acciperent. et deleret illis.
Et iniit eos inde. et mundauit arcem
a contaminationibus. Et introiuit
in eam tertia die et uicesima secundi
mensis. anno centesimo septuagesi
mo primo cum laude et ramis palma
rum. et cytharis. et cymbalis. et nablis.
et hymnis. et canticis. quia contritus est ini
micus magnus ex israel. Et statuit
ut omnibus annis agerent dies hu ex
letitia. Et munuit montem templi
qui erat secus arcem. et habitauit ibi
ipse et qui cum eo erant. Et uidit sym
on iohn filium suum quod uir esset.
posuit eum ducem iuuentutis uni
uersarum. et hospitauit gazaris. Anno.
Anno centesimo septuagesimo se
cundo congregauit rex demetrius
exercitum suum. et abiit in media
ad arcessendum sibi auxilia. ut expug
nare triphonem. Et audiuit arsa
ces rex persidis et medie. quia intrauit
demetrius fines suos. et misit un
um de principibus suis ut suspenderet
eum uiuum. et adduceret eum ad se.
Et abiit et percussit castra demetrii.
et suspendit eum et duxit eum ad arsa
cen. et posuit eum in custodia. Iun.
Et siluit terra iuda omnibus diebus sy
monis. Et quesiuit bona gentis sue.
et placuit illis potestas eius et gloria eius
omnibus diebus. Et cum omni gloria sua accepit
ioppen in portum. et fecit in uitum in insul
maris. et dilatauit fines gentis suae.
et optinuit regionem. et congregauit cap
tiuitatem multam. Et dominatus est gazare.
et bethsuram. et arcem. et abstulit immun
ditias exea. et non erat qui resistere ei. Et
unusquisque colebat terram suam cum pace. et
terra iuda dabat fructus suos. et ligna
campi fructum suum. Seniores in pla
teis sedebant omnes. et de bonis terre tra
ctabant. et iuuenes induebant se
gloriam. et stolas belli. Ciuitatibus ter